



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Dom XXII. post Pent. Lect. 34. quadrip. Licetne census dare Cæsari, an non, &c. 1. pars explicat malitiam Pharisæorum Christum accentium, ut interrogent de tributo ansolvendum sit? 2. ostendit quàm ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

Conclu-
sio.

Concludamus, & pro more ad Dominum vota
convertamus. Obsecramus ergo te, Domine
Iesu Christe, qui es Rex noster & homo Rex, vo-
lens potere rationem cum sanctis tuis, vt decem
millia talenta, quibus tibi oblitimur, non exigas
seuerè, sed patientiam habeas in nobis, & compa-
tiamis miseriam nostram & inopiam. Facile etenim de-
bita grandia contrahimus apud te, interim soluendo
non sumus de substantia nostra. Nisi de the-
saurio infinito memoriam tuorum nobis benignè
conferas, nisi misericordiam abundè impendas,
perimus, & æternum carcerem subire necesse est.
Sed secundum tuum promissum remitte nobis de-
bita nostra, quia & nos ex corde remittimus omni-
bus, qui nobis oblitimur. Nullus iniuriam me-
mores esse volumus erga conuersos, vt & tu obli-
teres peccatorum nostrorum omnium è libris tuis
memoriam. Currigide exigas ab illis, qui non pos-
sunt respondere vnum pro mille coram te seuerò
Iudice? Eto ergo nobis Pater, non Iudex, & iuter
nos fratres pacem & concordiam fac ad d. peric-
tam fouere, vt cum mutuo amamus & paciamus,
tuam etiam amorem & misericordiam impetrate
valeamus.

eius. Itaque cognito quod ad illos direxisset simili-
tudinem, oprabant in illum manus mittere sed tri-
muerunt populum. laudiam igitur & odio obtinuit
quarunt aduersus cum consilium & occasionem
ipsum perdendi propter veritatem sibi apertè di-
ctam, quam agere forebant mente excecari. Sic &
Abel, vt Chaldaus Paraphrases docet in cap. 4
Genesis, idèd a fratre Cain occisus est in agro, quia
aperte defendit contra illum veritatem de dei pro-
uidencia & aequitate, de iudicio extremo, de mer-
cedè honorum, & maiorem vindictam. Vnde sic
habet oratus Paraphrases Chaldaus: *Cum egressi
essent ambo in agrum, dixit Cain à Non est iudici-
um, non est Iudex, n. & merces bonorum. Inste, nec pan-
pro impijs, nec de misericordia creatus est mundus.*
E contra Abel fratrem reprehendens, hæc omnia
esse asseruit, & illorum veritatem defendit; idèd
in illum insurrexit Cain inuidia iam antea ex-
cæcatus. Non abstinuit igitur se cum Christo
gerunt hi Pharisæi, & in viam Cain abeunt
propter inuidiam, & propter veritatis vocem
consilium aduersus veritatis Auctorem querunt
antes. Abiecerunt igitur a luce veritatis ad tenebras
maliginitatis; a salutari concione, in qua dabat
eis Dominus consilium vt fugerent à ventura ira
ad consilium insidiale, quo opprimere possint
ipsum veritatis Auctorem. *Vt ergo illis, quia in via
C. & abierunt.*

Cum Cain
in fratre
insurgens
illum oc-
ciderit.

Pharisæi
sunt imi-
tati Casp

Balaam.

Leor. 34
quadri-
partita.

DOMIN. XXII. POST PENTECOSTEN.

Licet ne censum dare Casari, an non?
Matth. 22.

*Reddite quæ sunt Casaris, Casaris
& quæ Dei, Deo.*

Pars I.
De mali-
tia Pha-
risæorum
Christi
neceden-
sium.

Sudas in Epistola sua specialiter maledictio-
ni subiacere asserit triplex genus hominum,
huc triplex genus peccati, quod in quibusdam ho-
minibus reperitur, quia scilicet imitantur Cain,
imitantur Balaam, imitantur Core: *Vt, inquit, his
qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mer-
cedè effusi sunt, & in contradictione Core perie-
runt.* Pharisæi autem, sicut discipuli Pharisæo-
rum, (de quibus nostrum Evangelium) rectè cen-
seri possunt de numero illorum, quibus Sanctus Ap-
ostolus Iudas vt & maledictionem minatur. In-
primis quia viam Cain secuti sunt, dum abierunt
vt consilium caperent aduersus Iesum; fratrum
enim odium eos induxit ad hoc consilium ca-
ptandum. Proposuerat eis Dominus parabola
de Patrefamilias, qui vineam suam locauerat a-
gricolis, vt fructum redderet tempore suo; sed
illi seruos à Domino missos interfecerant, & no-
uissimè Filium familias ad se missum apocentes
dixerant: *Hic est heres, occidamus eum, & habebimus
eius hereditatem.* Post hanc parabolam interroga-
rat, quid facturus esset Dominus colonis illis?

Viteus, viam & errorem Balaam imitati sunt hi
discipuli Pharisæorum, quia consilio malo missi sunt
vt Christum maledictioni exponendum; vt ali-
quod daret ad questionem propositam responsum,
Si enim responderet Cæsar tributa esse soluenda,
maledictionem à populo incurreret, qui praten-
debat liberatè; si vero negaret tributum soluend-
um, iam ad Herodianum sive militibus Herodis
maledicendus erat, & comprehendendus, quia
hiic rebus hi aduigilabant, vt solueretur
Cæsar. Et sicut error Balaam fuit spes mercedem
& lucrum, si malediceret Itaci, quam mercedem
sperabat à Balac Rege Moab; ita & hi discipuli Pha-
risæorum & Herodiani in impij consilium se
perduci suerunt spe mercedis accipiende à Phari-
sæis, si eum capere possent in sermone. Sed sicut
Balaam mercedè deceptus, & pravo iudicij
consilio nihil profecit, nec potuit maledictionem in-
Itaci dare, sed coactus est maledictionem in be-
nedictionem vertere; sic & hi Pharisæorum disci-
puli, & iunctim Herodiani nihil profecerunt quin-
imò coacti sunt maledictionem in benedictionem
vertere; quia cuncti sunt recedere admirantes si-
per responso & sapientiâ Christi. *Vt ergo illis, qui
ad prauam machinationem, errore Balaam effusi
sunt.*

Matt. 22.

Cuius responderant sua se voce damnantes: *Ma-
los male perdet, & vineam suam locabit alijs agric-
colis. Subiunxerat autem Christus: Sic auferetur à
nobis regnum Dei, & habebit genti facienti spolijs
eius.*

Et Core.

corps.

contradictiones & seditiones commovere nitentur ob ambitionem & invidiam. Et sicut Coré cor-
repsit ad Moyse atroganter respondit, & monentem esse linguam nostram lubricam. Unde monebat Eccle-
sprevis; ita Pharisæi fecere, quoties à Domino ad-
moniti fuerunt. Rursus sicut Coré rebellans Moyse
excelsiones calvas & frutes præterierit; unde Co-
das in conspectu inimicorum. Et interum de seipso di-
re Hebr. Calvum significat; ita enim Pharisæi ina-
ces prætendebant excelsiones, cur eius doctrina
& auctoritati non acquiescerent, sed rebellarent, sollicitè custodiendæ sunt viæ nostræ, ut non de-
non obstante populi scandalo. Quapropter sicut linguam in lingua; nec inveniamur illaquiati
Coré cum suis perit, cælo iniuriam Moyse illaram
vindicare: sic etiam tandem perierant Pharisæi
ob ambitionem & rebellionem in Christum, Deo
eos pledeat & exiudente. Væ ergo illis, qui in
falsitas; hoc est instat sedi-
non complet, & concepta coram eo vota non ob-
servat. Sic Christianus reperitur captus & illaquea-
tus verbis oris sui, qui post renunciationem diabo-
lo factam, postmodum se libere tradit peccatis, &
maenipium se rerum facit Diaboli & carnis immem-
mor suæ sponsonis. Sic qui adulterio se commacul-
lat, capitur in sermone, & oris sui verbo illaquea-
tur, cum adeo solemni iuramento sese obstrinxerit
ad fidelitatem matrimoniale, in facie Dei & An-
gelorum ac Ecclesie sanctæ. Si qui alius iuramentis
se obstrinxerunt, & postea illa violant, sermone
proprio illaqueati periculosè cadunt. Sic qui in fa-
cer docto, aut clauistro, aut seculo post vota castita-
tis & pietatis aliter vitam ducunt, quam vocatio &
professio sancta exigit, verbis suæ professionis cap-
tuntur, & illa eis exprobanduntur in confusionem
æternam, tum ab aculeante Diabolo, tum à Deo
condemnante: *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex
verbis tuis condemnaberis.*

terum advertere debemus, facile hos posse capi in
sermone, & in verbo labi, ideoque advigilandum
falsitas; *Verbis tuis facies stateram, & franos ori-
tuo redol, & attende ne forte labaris in lingua, & ca-
das in conspectu inimicorum.* Et interum de seipso di-
cebat: *Quis habet ori meo custodiam, & labis mei
signaculum certum, ut non cadam in ipsi?* Proinde
verbis oris nostri. Neque verò solum in sermone
capuntur, aut illaqueantur verbis oris sui, detra-
ctores, adulatores, mendaces; susurriones, suatores
criminum, & similes qui peccatis linguæ prævæ ob-
noxii reperiuntur. Sed etiam illi qui Deo promissa
non complent, & concepta coram eo vota non ob-
servat. Sic Christianus reperitur captus & illaquea-
tus verbis oris sui, qui post renunciationem diabo-
lo factam, postmodum se libere tradit peccatis, &
maenipium se rerum facit Diaboli & carnis immem-
mor suæ sponsonis. Sic qui adulterio se commacul-
lat, capitur in sermone, & oris sui verbo illaquea-
tur, cum adeo solemni iuramento sese obstrinxerit
ad fidelitatem matrimoniale, in facie Dei & An-
gelorum ac Ecclesie sanctæ. Si qui alius iuramentis
se obstrinxerunt, & postea illa violant, sermone
proprio illaqueati periculosè cadunt. Sic qui in fa-
cer docto, aut clauistro, aut seculo post vota castita-
tis & pietatis aliter vitam ducunt, quam vocatio &
professio sancta exigit, verbis suæ professionis cap-
tuntur, & illa eis exprobanduntur in confusionem
æternam, tum ab aculeante Diabolo, tum à Deo
condemnante: *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex
verbis tuis condemnaberis.*

Ecclesi. 12.

Ecclesi. 12.

Blanda insidie Pharisæorum adversus Christum

Gen. 4.

1. Reg. 10.

Psal. 11.

Psal. 27.

Ecclesi. 12.

Ioan. 9.

Ioan. 7.

Sed vide quomodo instat Cain malignum suum
consilium auctantur blandis verbis, sub quibus
latet virus acerbum: *Magister, scimus quia verax
es, & viam Dei in veritate doces.* Sic Cain ut
fraudem & venenum latens in corde occultaret sta-
tri suo Abeli, & eum separaret ab oculis Patris &
Matris, dixit ei: *Egre diximus foras.* Quibus verbis
videtur eum invitare ad deambulandum, quasi anti-
mi grati. Sic amicitiam fratrem simulat: & parti-
cidalem animum dissimulat, donec remoris arbi-
tris eum valeat adorti. Hoc est ingenium mundi
in maligno positi aliud corde gerere, aliud ore pro-
ferre. Sic Ioab salutari Amalam, fratremque ample-
xatur: *Salvum mi frater,* interim sic salutans lethale
insidit vulvas. Sic Iudas osculum figit illi quem
vendidit, & Magistrum vocat, ac amplectitur, ut
intercessionem tradat. *Labra dolosa corde & corde lo-
quuntur hoc est, duplici corde. Loquuntur pacem
cum proximo, mala autem in cordibus eorum.* Quasi
columba Noë tamen pacis in ore ferunt, sed bel-
lum cruentum illis est in corde: Aut sicut apes mel
habent in ore, sed aculeum acerbum in caudæ ex-
tremitate. Hoc etiam admonet Ecclesiasticus. *In
labris suis indulcat inimicus, & in corde insidiat,
ut subvertat te.* Sic ergo & hi Pharisæi se gerunt er-
ga Dominum, in labris indulcantur, & corde insi-
diantur, ut subvertant eum. *Magister, inquit, sci-
mus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.*
Magistrum vocant, & cæco dicenti, *Nunquid &
viam Dei in veritate doces?* & alias dicebant,
Seducit turbas. Sic alii sunt ante, alii retrò, alii ore,
alii corde: verba sonant benevolentiam, sed & tan-
quam folia & perizonata filiorum Adæ cooperi-
unt foeditatem inuis latentem.

Tota ergo intentio eorum erat, ut eum caperent
in sermone, & non adverterent quod sicut eum ca-
pere non poterant in facto, sic nec posse in verbo
quia in verbo errare non potest verbum. Hoc in-
Rational. Evang.

Facilitateque est homini, verbo labi aut illaquea-
ti, cum non satis circumspicit aliquid vel do-
cet, vel suadet, vel alia ratione eloquitur, aut enim
cum verbis facta non correspondent. In his autem
omnibus nulla ratione poterat aberrare Christus,
qui est Via, Veritas & Vita. Unde licet Discipuli
Pharisæorum insidiosos & adulatorios dixerint, ta-
men cum veritate dixerunt: *Magister verax es, &
viam Dei in veritate doces.* Non est ibi cura de alio
quo Solus enim ipse potuit vitam Dei & Cæli in ver-
tate docere, qui ad hunc effectum de Cælo descen-
dit, ut ignotam illam viam edoceret. Unde etiam
per Ignatium Prophetam promissus fuit Ecclesie tan-
quam Præceptor & Doctor huius vite. *Non faciet
ultra avolare Doctorem tuum, & audies vocem post hanc
terram manentis te.* Hæc est via, ambulate in ea. Et
cum Deum nemo vidisset nunquam, hic est unigeni-
tus, qui è sinu Patris veniens enarravit nobis viam
Dei, quæ scilicet ad eum itur, & imperfecta verita-
te nos eam edocuit, Viam Dei secudum scientiam
naturæ nos voluerunt edocere Philosophi, sed eam
docuerunt multos commiscendo, & commiscen-
do errores contra veritatem. Viam diaboli, & sci-
entiam diverfam à Deo; immo adversum Deo:
Dddd

Mat. 12.

Quomodo Christus in veritate docere non respiciendo personas, sic imitanda.

Ioan. 8.

docent

docent magi & heretici, edocui ab illo qui non stitit in veritate. Et dicitur est mendacii. Viam Dei & ceteri docuit Moyses & Prophete, id adhuc factum est ex parte in figura. Sed ecce adest is qui Magister verax est, & non solum docet in figura viam Dei, sed in veritate, Veritas ipse, cui dicere possimus cum Propheta: *Notas mihi fecisti vias vite.*

Psalm. 119.

Re. Et quoque additur: *Et non respicias personas hominum*, quia hic respectus hominum perturbat frequenter veritatis iudicium sincerum. Vade Iliodorus tu sent. ait: *Qui metu potestatis veritatem occultat, eiusdem veritatis iracundiam sibi coelitus provocat: quia plus perterritus hominem, quam divinum trepidat indignationem.* O quam multi Confessarii in aulis Principum respiciunt personas Principis, & propterea non audent dicere, & docere veritatem! Hoc ipsum est quod Ludovicus XII. Gallorum Rex deplorabat, quod cum in aula rebus omnibus abundaret sola veritas abesset, vel mutila aut fucata intraret. Cum sermo Regis potestate plenus sit, ut dicitur Ecclesiast. cap. 8. ideo, qui Regi alant, etiam ut Confessarii, si quippiam exigat, licet injuriam, non audent contradicere, aut veritatem nude aperire. Hoc etiam advenerit Seneca sic scribens ad amicum: *Monstrabo tibi cuius inopia labor orant. Jam ma falsigia. Et quid omnia possidentibus desit: scilicet ille qui verum dicat. Si in clientelam alicuius Potentis veneris, aut veritas aut amicitia perdenda est. Sic Iosathas, quia apud Saulem innocentiam Davidis & veritatem tueri conatur, periculum vite incurrit. Equidem honorandi sunt Principes, sed non cum falsitate & iniustitia. Ideo Daniel cum interrogaretur a Nabuchodonosor Rege, cepit cogitare quasi una hora. An forte ignorabat quid responditurus foret, aut forsitan ambigebat edicere veritatem personam Regis concernentem? Abstitit Sed cum sciret quid respondere deberet, cepit cogitare, quasi una hora, ut regio culmini servaret honorem, nec tamen absconderet veritatem, ideoque per illam horam premeditabatur qualiter sine iniuria veritatis. Et offensa Regis responsum suum componi & ordinari deceret. Et cum utrumque convenit apud Principes & eorum scilicet culmini honorem deferre, & tamen pravæ eorum voluntati morem non gerere. At ubi blando & honorifico sermone nihil apud eos proficitur, etiam libera increpatio est adhibenda in gratiam veritatis oppressæ. Sic dicit Micheas: *Ergo repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio & veritate, ut annunciam in iacob scelus suum. Audite Principes, sic se gesserunt sancti Prophete Elias libere increpat Achab, Elizeus Ioriam, Nathanael, Davidem, Iaias Manassen, Ieremias Iorachim & Sedechiam, Ioannes Herodem, Christus Scribas & Phariseos, non respiciendo personas eorum, sed veritatis apertum pronuntiando decretum. Sic etiam se gesserunt post Christum Basilus erga Valentem, Chrysostus erga Eudoxiam Hilarius erga Constantium, Ambrosius erga Theodotum & Valentianum, Oenianus erga Anastasium Imperatorem. Cum enim moliretur Anastasius multa contra Ecclesiam, & Oenianum Episcopum ad suam attrahere conaretur Fictionem promissis variis ipse Imperatoris purpuream apprehendens chlamydem, fori voce dixit: *Hæc vestis nequaquam post mortem te sequetur, sed Imperator! Misiam hæc Ecclesiam quam Christus suo redemit sanguine: satis tibi sit dignitatis, quod Imperator es, Anastasius Ecclesie vexare noli, sed tu potius ad Orthodoxos revertens, ne dum impiorum hominum servari & Diocorioni opinionem, amplecteris, æterno igni addicaris. Imperator autem adhuc pudore suffusus obmutuit. Testis est Zonaras 3. Annal. in Anastasio.***

Mor. in sentent.

Respectus personarum multum sat malus.

Dan. 4.

Charus. in illum locum.

Micb. 3.

Regibus & Principibus etiam increpanda veritas.

Hi ergo secuti Christum, Magistri facte veraces, viam Dei in veritate docentes, hominum personam non respicientes, sed vite libere increpatres, neminem tamen despicientes. Multi nunc qui tenent viam Dei in veritate docere, in acceptione personarum vitiosi reperiuntur. Si ad divites & honoratas veritas debet dirigi, non appetit eam pronunciant sed convenerit, vel dissimulant, vel excusant: *Xenia & dona excæcavit eorum oculos, & quasi frantum in ore avortunt correptiones eorum vel certe timore potestatis lingua eis præpediunt, & veritas quasi vincula detinetur.*

Sed videamus quantum Magistro veritatis questio proponatur ab eis subdolis Pharisæis: *Magister licet ne censum dare Casari, an non? Marcus habet. Licet tributum dare Casari, an non dabitur? Magga hæc erat inter Iudæos questio, an Cæsari Gentili Imperatori, populus Dei, filij Abrahæ, antea liberi, tributum deberent solvere, qui Deo primitias, decimas oblationes exsolvebant. Vnde quidam Iudas Galilæus, ut testatur Acta Apost. cum Augustus nascente Christo capitatum tributum & censum exegisset, ut dicitur Luc. 20. concitavit Iudæos ad rebellandum Romanis, dicens indignum essent gens fidelis & populus Dei Ethnicis Imperatori, & Romanis infidelibus servire. & in professionem manifestam servitutis illis censum & tributum solveret; ideoque pro tuenda libertate illis esse resistendum, & omne iustitiam eis denegandum. Quapropter qui eum sectati sunt, omne tributum & dominium Cæsaris etiam morte proposita abnebant. De illis sic scribit Iosephus lib. 7. belli c. 29. *Omni genere tormentorum & vexatione corporum in eos excogitata ob hoc duntaxat ut Cæsarem facerentur, nemo cessit. neque dicere velle visus est: sed omnes illa necessitate validiorem sententiam conservare, tamquam beatis corporibus non animis etiam cruciatus ignemque suscipere. Maxime vero puerorum ætas niticulo spectantibus fuit, nec enim eorum qui ipsam commotus est, ut Dominum Cæsarem nominaret, usque adeo corporum infirmitatem vis audacia superabat? Hæc Iosephus: Hi ergo sunt Galilæi illi, quos occidit Pilatus miscendo sanguinem sacrificii eorum. Neque**

Ecclesi. 10.

Pars III. Quid de tributo ducendum, & quid de illa Christus responderit. Act. 4.

Luc. 11.

Neque tamen ea secta mox extincta fuit, sed diu sine iniustitia disponere: quia cum filij Israhel pete-
 inter ludæos viguit, donec tandem erupit in publi-
 cum bellum, in quo Iudæi per Titum & Vespasia-
 num excisi sunt. Quia ergo Christus cum suis A-
 postolis & aliechis erat Galilæus, etiam in secta hu-
 ius suspicionem apud ludæos, & Romanos venie-
 bat. Vnde Pharisæi, & cum apud Pilatum accusa-
 rent, vel Herodem, mirantur suos discipulos cum
 Herodiani militibus, vel ministris quibus incum-
 bebat cura huius tributi, inquirentes: *An licet tri-
 butum dare Cæsari, an non?* Sed Christus ab hac se-
 ditiosorum secta se alienum satis demonstrat, ad-
 dum Matrem suam cum Iosepho voluit ascendere
 in Bethleem, ut censum solueret, & descenderet.
 Item dum pro se, & Petro soluit didrachma in ore
 piscis inventum. Atque etiam hic dum dicit red-
 denda esse Cæsari quæ sunt Cæsaris. Sic etiam Pau-
 lus dicit: *Cui honorem honorem, cui tributum tribu-
 tum,* docetque etiam fideles Principibus iustitiam
 obedire debere, & vici galia pendere.

Luce 2.

Matth. 17.

Rom. 13.

Ex his patet iustitiam Regibus, & Principibus su-
 premis moderata tributa imponi subditis ad defen-
 sionem, & conservationem Reipublicæ, atque ad
 necessarium Principis sustentationem, consideratam
 eius dignitate. Hinc Isidorus Pluriflora exemplum
 Christi Domini afferens lib. 1. Epist. 43. sic hac de re
 loquitur generaliter. *De scriptis est Dominus, cum
 utro gestaretur, & eorum sum Cæsari populus, hinc
 velut lege lata nobis indigens, ut ei, qui imperium te-
 net, obediamus, modo nihil impedit ad pietatem
 afferat. Quia igitur ipse Deus nosse iubita per dispen-
 sationem & consilium paupertate docuit, candido a-
 nimo imit emur, si e pauper un obtentu tributum pen-
 dere detretemus. Hæc illic.*

Diximus verò iustitiam tributa moderata imponi
 posse, nam debent, ut iusta sint, imponi cum pro-
 portione ad vires regni siue Provinciae, & iuxta sa-
 cultates populorum, alias iniusta sunt & tyrannica. Im-
 portabilia quandoque onera talia, exactionis, ve-
 tigi galia populis imponuntur: ita ut populus potius
 videatur languere quam vivere, & sæpe cogatur
 egestate, & necessitate paupertate familiæ diven-
 dere ad satisfaciendum illis exactionibus. Sicque
 contingit ut à Ministris Regum Principum non
 minus alligantur subditi, quam filij Israhel à Magi-
 stris operum quos constituit Rex Pharaon, qui ope-
 ribus duris luti & lateris eos affligebat, & vitam
 eorum reddebant amarant. Bonum est aqua fontis
 vti, non tamen illum oportet exhaurire, aut venas
 illius exsiccare. Optimum est ut Pastor de lacte gre-
 gis sui comedat, non tamen docet illum excori-
 care. Certe Rex aut Princeps non est Dominus
 bonorum omnium ad subditos spectantium, id est
 pro suo arbitratu, & libidine non potest eos excori-
 care: ad utilitatem tamen publicam illis potest vti
 & pro bono publico ei certa competunt iura. Vnde
 de hic non dicitur: *Reddite omnia Cæsari*; sed
quæ Cæsari sunt. Quod si dicas: Tale videtur esse
 Regis in subditos, ut possit de bonis eorum

Quæ tri-
buta iu-
ste reges
& prin-
cipes suis
imponant.

Exod. 1.

Ad hos ergo etiam illud dirigitur: *Reddite quæ
 sunt Cæsari Cæsari.* Quia ultra stipendium sibi de-
 bitum, Cæsaris & Principis, Reipublicæque per pe-
 cularum subtilem bona vendicant. Vnde non mi-
 rum quod postmodum apud Principes suspecti, per
 ipsosmet

Respondeo, Dominum non dedisse auctorita-
 tem omne illud gravamen inducendi, sed tantum
 prædixisse Regibus acturos, ipso permittente id
 in penam quod se abiecit Regem elegissent. Sic
 voluit deterrere populum ne peterent Regem, quia
 facile regia potestas ob magnitudinem suam con-
 vertitur in tyrannidem. Quod etiam dicitur, *Hoc est
 ius Regis, idem est ac si diceretur, Hæc est consuetudo
 Regum*: alias de constitutione Regis dum agitur,
 dicit Dominus: *Non multiplicabit sibi Equos, nec
 habebit auri & argenti immensa pondera, ne eleve-
 tur cor eius in superbiam super fratres suos. Quapro-
 pter de quibusdam conquiretur. Audivit Principes
 Iacob, & Duces domus Israhel, qui volentes colligere
 pelles eorum de super eis, & artem eorum de super of-
 fibus eorum, &c.* In hanc sententiam dicitur solutus
 erat Ludovicus XII. Rex Francorum: *Plerumque
 rusticos esse pascua tyrannorum: Tyrannos autem &
 milites esse pascua Diabolorum.* Neque tantum hic
 Principes peccant, sed maxime eorum Consiliarii
 & Officialii, qui crudeli subtilitate, subtilique cru-
 delitate varios adveniunt modos, variisque ex-
 cogitant causas, quas Principibus suggerant ad ex-
 fugendas subditorum facultates. Et cum ipsi probe
 notum *Turnum vaculi*, ut vocant, etiam ex dispen-
 dio publico compendium suum faciunt, opes coa-
 cerant, familiam exaltant. Cum enim contribu-
 tiones Reipublicæ per eorum manus transire so-
 leant, cumque illas suas manus habeant pice infen-
 ctas, facile fit ut pars eis adhereret, ita ut nec ad
 Principes transeat, nec bono publico applicetur.
 Sic *adificiant domum suam impenditis alienis*, vnde
 non mirum quod ruina fiat obnoxia, quia sunt fi-
 miles illis, qui ex lapidibus hyeme collectis & coad-
 unatis sublimem murum erigunt, mox pluvijs &
 tempestatibus ruiturum.

3 Reg. 8.

Deut. 17.

Mich. 3.

Ecclesi. 21.

ipsosmet spoliatur, & ad inopiam rediguntur. Sic de Flau. Vespasiano tectur quod rapacissimum quemlibet ad officia promouere fuerit solitus, sed postmodum ditatum condennare, & spoliare. Vnde vulgò dictus est Officiarios suos habere pro sponsijs, quod eos velut spongas & ficcos madefeceret, & humentes exprimeret. Similes quoque sunt tales Officiarij sanguisugæ, quæ semper dicit *Affer, affer:* & cum sit in laetabili, continuo fugit coru-
 rum sanguinem illius membris quod tangit: sed interdum præ nimia repletione crepat & moritur, sicque effunditur sanguis omnis, quem suserat. An non idem contingit Officiarijs Principum, qui insatiabiliter sanguinem sugunt pauperum, nec volunt evomere per restitutionem quamdiu viuunt? Tandem nimirum per mortem crepat, & effundunt sanguinem, tum suum, tum alienum: quia per Principes inquitur in hæredes eorum, & exhauriuntur per hrem & condemnationem opes ipsorum. Quis in vita sua attendissent illud: *Reddite quæ sunt Cesaris Cesaris, & quæ Dei Deo:* Reddite quæ Republicæ sunt Republicæ, & quæ pauperum sunt, pauperibus reddite, si non velitis infeliciter emori, & inopiam ac inuoluntariam coram Deo æternam incurtere.

Sistete in Vestraf. Officiarij magnarū florum, sanguisuga.

Generaliter itaque accipi potest hæc sententia Domini: *Reddite quæ sunt Cesaris Cesaris, ut significet: Reddite cuique quod suum est.* Nam licet Christus principaliter intendat dicere hic Phariseis: Denarius iste, quem tanquam numisma certis mihi exhibebis, ex ipsa vestra confessione notatus est imagine & nomine Cesaris, sicque dum illo vnum numismare, satis indicatis vos Cesaris, siue Romano Imperatori esse subditos: Reddite ergo illi subiectionem & tributum: nec hoc repugnatum eo, quod simul reddatis Deo, tanquam populus Dei, primitias, decimas, sacrificia, oblationes. Hoc, inquam, primarò Christus suo hoc responso intendit: tamen etiam vniuersum vult indicare idem quod Apollolus: *Reddite omnibus debita:* cuiuscunque illa sint foris, siue ciuilia sint & politica, siue alia: siue honoris sint, siue pecunie. Omne enim debitum reddendum est qualibet ratione contractum. Vnde qui debita pecunia neglegunt solvere, grauem culpam omninò incurruunt, nisi sit impotentia. Et qui debitum mercenarij defraudat, vel retinet, peccatum in cælum clamans committit, vt particulariter aduertit S. Iacobus agens contra dimites pauperum opprèssores: *Ecce merces operariorum qui mesuerunt regiones vestras, quæ si auiata est de vobis clamant: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiit.* Sic igitur vniuersumque debitum reddere tenetur, ita vt & ipse Cesar non sit exemptus à debito reddendo suis subditis. Defensionem scilicet & protectionem tenetur reddere, ac suis militibus stipendium & mercedem: alioqui cum vitam & sanguinem exponant pro Cesare, si defraudentur stipendijs, clamat eorum sanguis contra Cesarem & Regem, aut contra Officiarios qui defraudant.

Edm. 13.

Vni- qui que debitum suum solueret.

Iacobi. 5.

Sic quoque vniuersumque dicimus: Redde parentibus honorem & sustentationem. Redde superioribus obedientiam & subiectionem: Redde inferioribus iustitiam & charitatem: Redde infirmis solatium & auxilium: Redde egenis gratiam & misericordiam tibi possibilè: Redde desolatis & afflictis, pupillis & viduis consolationem, subsidium, confortium: Redde mundo despectum, quia illius sua faciat mercedi: Redde peccato odium, quia execrabile est, licet & auctor eius dæmon. Sed videamus in particulari, quid Deo reddere debeamus, quandoquidem specialiter Christus Dominus exprimat: *Reddite quæ sunt Dei Deo.*

Antequam Christus responderet reddenda esse quæ sunt Cesaris, Cesaris, interrogauit in imagine, & super scripto. Cum autem imago & super scriptio Cesaris ipsa aduersariorum confessione in eo appareret, non dubitauit pronuntiare cum certitudine, per imaginem Cesaris usque aduersarij. Sic quicumque voluerit considerari quam gerat super scriptio- nem, & quam imaginem, facile intelliget manus- sum & obsequium.

Primo quidem quantum ad super scriptio- nem omnibus ex vi baptismatis hæc competit. *Christi- anus sum.* Quænam autem est hæc super scriptio, quidve significet? An non idem quod Christi totus sum, ab eo vnctus, & consecratus, ac sanctificatus? An non idem quod Christi ego sum, eius spiritus & charitatis signatus? An non idem quod Christi sanguine empu sum, & redemptus? Quod præclara super scriptio: si modo attendatur, sufficienter nos edoce- cere potest quid Christo debeamus, quidve ei reddendum sit, vt nomini & obligationi nostre satisficiamus. Vnde S. Leo scribit de Natiuitate Agnoscere, & Christiane, & memento cuius spiritus in te habitauit, quodque erutus de potestate tenebrarum, & transfatus es in Deum, & regnum. Noli te uerum diaboli seruituti subicere, quia pretium tuum sanguis Christi est. Quale dicat: A tunc super scriptio- nem no- menque tuum, & memineris te esse de illis, de quibus A. ostolorum Princeps dicit: *Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisiti- onis.* Redde ergo ei totum, qui te acquisiuit tanto pre- tio, cuius es quicquid es. Redde ei secundum no- men tuum & uocationem, gratiam sanctificatio- nis, quam in te primitus posuit, & aqua te signauit, redde sanguinem, quo te redemit, redde incensera- tum chirographum, quo te sibi obligasti: redde amorem quem promeruit, redde animam quam ac- quisit.

Hanc super scriptio- nem attendebat Sanctus Callio- pius adolescens pius, de quo Iurisy 7. April. Hæc cõ ad conuiuium in Deo, um celebratam paracum inuitatus foret, liberè respondit: *Christianus sum, hoc nomen gero in fronte & corde scriptum: & Christi- anus uerum celo, quæ autem idcirco immolata sunt, non deest in ore eorum, qui Christiani dicuntur, & Chri-*

Pars IV Imago, & super scriptio, moraliter discentur.

Christi- anus sit.

1. Pet. 2.

Exempl.

vide quia sordes sunt in pedibus tuis, & illis adhaerent volutras despectu digna, sicut & in pedibus Pavonis: sique vanitatis rotam contrahere, arrogatque tumorem comprime cum confusione. Alioquin in tua peristis inflatione & superbia non oblitante tua vulnitate, non itam Pavonis, sed Luciferi & demonis supercriptionem & imaginem geris; *Ipse est enim Rex super omnes filios superbiae*; & cum connumerari & condemnari mereatur, qui eius sunt characteret & effigie signati.

Iob. 43.

Avari, Talpa.

O Avarus, cuius est imago & supercriptio in te, dum noanili terrenis lucris inhiat, terrena cogitas, pecuniam & bona coacervas, incurtus & quali oblitus caeli & caelestium? An non imago est in te Talpa: caecitientis, terra inhaerentis, terram fodientis, terram fodiendo accumulantis sine ullo fructu suo, immo cum aliorum damno? O grandem amentiam, cum ad caelestia creatus sis & imagine caelestis insignitus, illam oblitare ut caecitientis Talpa imaginem superinducas. Sed non solum Talpa, verum etiam Sanguilugae imaginem geris, & lupi rapacis, dum aliena depredaris, & pauperum sanguinem per avaritiam & iniustitiam exurgis inflatibilis.

Impudic. et porci.

O Impudice, cuius est in te imago & supercriptio, dum in voluptatum caeno volutatis impunitissime? An non imaginem geris Suis & Porci voluntatis sic cum voluptate in volutabro luti? O foedam imaginem in te, qui diuinae puritatis speculum in anima & corpore debes gerere! O adulter & fornicarie imaginem geris equi & muli quibus non est intellectus, dicente Propheta: *Quasi equi emissarii unusquisque hinniebat in uxorem proximi.*

Ier. 5.

Invidi serpentis et canis.

O Invide, quanam est in te imago & supercriptio? Nonne serpentis veneno se nutritus, & per illud cuncta inficiens? O detractor & maledice, imaginem geris canis latrantis & mordentis, atque etiam sepulchra mortuorum effodientis. Haec est spurca & infamis imago, quae in te passim ceratur & tibi ignominiae veretur.

Iracundi, Leopardi.

O Impatiens & iracunde, quanam in te est imago & inscriptio? Vtique Leonis vel cuiusdam ferae hyllestis, corpore fremtentis, ore spumantis, oculis ignescentis, voce rugientis aut rulantis, sine ordine & decore membra exagitantis cum confusione! O si imaginem hanc in te videres, dum in iram iactar furibundi & arreptitij cum clamore prorumpis! Profecto agnosceres per istud vitium Dei imaginem in te penitus confundi & dissipari, spiritumque ita plane spiritui Dei esse adversum, qui est spiritus pacis, spiritus tranquillitatis, & mansuetudinis.

Ebriosi et gulosi.

O Ebriosi & gulosi, quanam in te imago & supercriptio? Certè pecoris irrationalis. Nam dum ingurgitatione rationem perturbas vel exinguis, peccore peius agis, quod non nouit cibo & potu nisi famem vel sitim extinguere; tu verò etiam ipsam rationem, per quam ad Dei imaginem factus

es, exinguis perentis, & assimilaris iumentis infipientibus, neglecto illo honore rationis, quo Angelis Deoque similis eras effectus. Hinc in te despicunt Angeli, illudunt demones, irident homines, conculcant omnes, & contemptui habent ac ludibrio.

Inobediens.

O Inobediens & rebellis parentibus, quanam est in te imago & supercriptio? Vtique imaginem geris factus viperini, qui corrodit vilcera matris, quae eum peperit; imaginem quoque a fini matrem recalcitrantis postquam eius vbera suxit. O spurcam & tuam indignam genere imaginem, varijs viuis tibi superinductam? O Christiane, respice te respice & horre, sicque respice.

Interrogabat te in iudicio Deus tuus, opera tua & anima conspirarunt decorem omni ex parte circumspiciens: *Cuius est haec imago et circumscriptio?* ipse voluit te conformem fieri per gratiam imaginis filij sui, & idcirco cum multo in mundum, ut eius lineamenta & colores plenius posses agnoscere, & in te expungere. Tu verò hanc imaginem contempsisti, & per Baptismum tibi impetratamquam salarium corrupti, illiusque decorem sacrilegè creasti, & superinduxisti characterem peccati, continentem imaginem Diaboli. O infelix, tibi dico, dum adhuc respicere potes, quod olim dicebatur Ezechielii Propheta: *Eodem partem, et inuenies abominationem*. Vbi enim fudit ipse partem, ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominationis; & in uerba idola ad omnes Israel depicta erant in partem in circuitu per totum. Sic & tu fode partem conscientiae tuae: & ingredere in eam, inueniesque abominationes, & omnis generis simulacra & idola, quia quot in te sunt pravae affectiones & passionis, quotque peccata, tot etiam sunt simulacra Deo abominabilia. Hic igitur illa, & imaginem Dei tui restaura per puritatem & sanctimoniam conscientiae, per humilitatem, patientiam, charitatem, castitatem animae. Sic te agnoscat Deus tamquam Numisma suum, quod vbi ei reddideris, referet illud in thesaurum suum aeternum, & in suo ordine cum gloria collocabit.

Ezech. 8.

Concede nobis hanc gratiam Domine, ut Conclunguicamus semper signatum super nos lumē suo. *unusquisque imaginem Diuitiarum suarum, animaeque suae per te inscriptam & insculptam, sicque eam conferemus tuo favore intemeratam, immaculatam & perfectam, ut tu etiam eam probè agnoscas in die iudicij & agnitionis omnium, quando interrogaturus es: Cuius est haec imago et supercriptio?* Expunge quicquid in anima nostra rariodum est, vel pulverulentum, obcurans pulchritudinem luminosam imaginis tuae pretiosae in creatione & sanctificatione acceptae; ut tibi perfecte reddere possimus quod tuum est, animam cum omnibus suis potentijs, intellectum cum omnibus suis cogitationibus, voluntatem cum omnibus suis desiderijs, cor cum omnibus suis affectibus, corpus cum omnibus suis membra-

momentis & sensibus vitam cum omnibus suis momentis, sic; digni efficiamur beata tua aeternitate. ubi illa imago perficeretur visione limpida Divinitatis, fructuque consummata amoris persequantur.

fixem- plum.

Reddenda esse Deo que Dei sunt, nec Casari esse parendum, si contra aequitatem aut Religionem aliquid iubeat, suo exemplo ostendit S. Ambrosius: Cum enim Ariano iuberet Valentinianus Imperator aliquam Ecclesiam tradi, respondit S. Ambrosius: Si à me peteret quod meum est, id est fundum meum argentum meum, aut aliquid huiusmodi, non refragerer, quamquam omnia que mea sunt, sint pauperum. Verum ea que à Domino sunt, Imperatoria potestati non sunt subiecta. Si patrimonium petis, invadit te: si corpus, occurrat. Vultus in vincula rapere: Vultu in mortem? Voluptatis est mihi. Non ego meo allabor cum fusione populorum, nec altaria tenedo vitam obsecrans, sed pro altaribus libens immolabor. Sed allegabatur Imperatori hoc licere, quia ipsius iura omnia sunt subdita. Respondit S. Ambrosius: Noli gravare te Imperator, ut pures te in ea que divina sunt, ius imperiale habere. Noli te extollere, sed si vis divitius imperare esto Deo subiectus. Scriptum est enim. *Quia Dei Deo, quia Casari Casari.* Ad imperatores Pallatia pertinet, ad Sacerdotes Ecclesie: Publicorum tibi mœnium ius commissum est non sacrorum: *Trihutum Casari Casari non negatur. Quid est Ecclesia Dei Casari non debetur.* Si de me proferetur quod mei iuris est lucem offerent. Templo Domini nihil possunt decerpere, quia custodiendum non tradendum accepit. Deinde consulere me etiam Imperatoris saluti oportet, quia nec mihi expediret trahere, nec illi accipere. Accipiat vocem liberi Sacerdotis: Si vult sibi esse consilium, recedat ab injuria Christi. Sed urgebatur iterum S. Ambrosius quod unam saltem basilicam iure peteret Imperator. Respondit. Non licet tibi ullam habere. Quid tibi cum dulcera, Adultera enim est que. Christo non est legitimo cõjugio copulata: Naboth Sanctum virum possessorem vineæ suæ scimus interpellatum pete onere regia ut vineam suam cederet. Respondit: Absit ut tradam hereditatem Patrum meorum. Rex contristatus negotiatione iusta, muliebri consilio deceptus, in vineam morte venit: Naboth autem vineam suam vel proprio errore defendit: Si ille vineam non tradidit surm, non trademus Ecclesiam Christi. Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi, absit ut tradam Christi hereditatem & hereditatem omnium recto Episcoporum fidelium. Respondit: *Quod Sacerdotis est faciam, quod Imperatoris est faciat Imperator.* Prius est ut animam mihi quam si dem offerat. Denique cum Coligonus Præpositus cubiculi mandaret Ambrosio: Me vivo tu contemnas Valentinianum: Caput tibi tollo. Respondit Ambrosius: Deus permittat tibi ut impleas quod miraris. Ego enim patiar quod Episcopi tu facies quod S. Ambrosius. Hæc Ambrosius 5. Epist. 13. ad Marcellinum foretorem. Recte intelligebat ipse illud: *Reddite*

Deo que Dei sunt, quia sunt Casari Casari. Imitatur quoque Magistrum illum suum de quo verum est: *Piam Dei in veritate doces, nec respicis personas hominum.*

Memorabile etiã hic est, quod cum an. 1610. Dominica hac 22. post Pentecosten Evangelium illud caneretur in Orbe Catholico: *Reddite que sunt Casari Casari,* inclita illa victoria à Casare fuit obtenta, qua civitas Pragensis cum regno Bohemio Casari reddita fuit, crevis illis qui injuriam quod Casaris erat, occupant. Incidebat quoque dies illa in octavam Sanctorum omnium, quod die blasphemiam ex hereditate & templis Dei & Sanctorum Pragæ egressi fuerat.

Aliud.

DOMINICA XXXIII. POST PENTECOSTEN

Leet. 35. triplicita

Mulier que sanguinis fluxum patiebatur à duodecim annis, accessit vesper, & tetigit solum vestimenti eius. Matth. 9.

Constat ex narratione Evangelica frequenter Christum Dominum beneficia contulisse in itinere pertranscundo, ita ut propterea hoc et speciale elogium adscribi possit *PERTRANSIT BENEFACIENDO.* Sic enim de illo dicitur. *Vixit cum Deo Spiritu Sancto & virtute, qui pertransiit benefacendo.* Nempe nullus eius passus inuti lis fuit nullus non beneficus pressus. Considera decem leprosus ei in itinere occurrentes, cum ingrederetur quoddam castellam, & confestim ab eo sanatos, dum ex eius præcepto adirent Sacerdotes, sicque videbis quam verum sit: *Pertransiit benefacendo.* Inspice etiam qui sedebat secus viam mendicans dum iter in Ierusalem, domque cum morauit sanatum, agnosce quam sursum verum sit. *Pertransiit benefacendo.* Conspice oculos in Centurionem qui occurrit ei dum ingrederetur Capharnaum, & scias quoc pueri suo tunc impetravit sanitate; sic denuo verum esse non ambiges: *Pertransiit benefacendo.*

PARS I. De sanitate multorum sollicitudine. Luc. 7.

Luc. 12.

Matth. 8.

Tres fanoniam maxime beneficia percipiunt à Christo. Joan. 4. Psal. 22.

Prima est Samaritana, que Domino per Samariam transeunte, & iter in eunte in Galilæam, apud puerum reperta est, atque ibi à Domino potata fuit fonte & aqua viva, ita ut posset dicere: *Super aquam resurrectionis eduxit me, animam meam convertit.* Neque solum ipsa, sed etiam multi Samaritanorum eadem aqua potati sunt: quia multi crediderunt in eum propter mulieris testimonium, & multo plures propter sermonem eius, ut dicitur *Joan. 4.* Sic ergo vere dicimus, & adscribimus pedibus Iesu: *Pertransiit benefacendo.* Secunda est mulier Chananæ, que Iesu sedente per partes Tyri & Sidonis egressa est à finibus illis, & ei occurrit in itinere in clamans: *Misere*

Matth. 23.